Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-316270-p0001-0

Sbd

E libris
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi
a venerabili
Carolo Funk
theol. doctore et gymnasii directore
a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-316270-p0002-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-316270-p0003-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-316270-p0004-6

L V D O V I C V S

NVPTIALE· QVVM· PARARET· LVDICRVM

L V D I I S

HAEC· ACCINEBAT· LAETA

SVAVILVDIVS

a. d. XIII Cal. Jun

cIↃ IↃ CC XXIII

SIT· DIES· HAEC· FESTA· NOBIS· SIT· SACRATVM GAVDIVM

SVrge Muſa, nuptiales, ſurge, dithyrambica
Aemulata voce plauſus, ſurge, multum & gaudium
Muſa gaude, Muſa plaude, Muſa lude carmina,
Sume plectra Claudiani, plectra Sarbievii,
Vtere & plectro Catulli, nuptiis aptiſſimo,
Prome, ſi quid dat vetuſtas luſibus trochaicis.
Nec tua pugnabis arte, nec natabis cortice,
Arma livor occupavit, otio corrupta ſunt

SIT· DIES· HAEC· FESTA· NOBIS· SIT· SACRATVM· GAVDIVM

Namque ludum **LVDOVICVS**, corculum dulciſſimum,
Intrat, en! jam nuptialem, dulce matrimonium.
Hic frequentavit, Minerva proſperante, plurimas
Litterarum luſiones, a tenellis unguibus,
Semper hic commilitonem ſtrenuum ſe praeſtitit,

Multa

Multa diſcens, multa paſſus, multa ſudans, abſtinens
Diligenter, continenter, quae Diona ſuggerit.
Omnium ſic dura fata rite ſunt diſcentium

SIT· DIES· HAEC· FESTA· NOBIS· SIT· SACRATVM· GAVDIVM
Scilicet ſic vita noſtra ſcena, vita luſus eſt!
Abſoluta luſione, luſionem accedimus
Alteram, pari labore ſuſtinendam fortiter.
Noſter etſi LVDOVICVS luſit omni tempore,
Nondum at Hic eluſit omnis, munus ipſum luſus eſt,
Gens Huic quod Chriſtiana credidit noviſſime,
Munus amplum eſt, arduumque, ludus hic non ludus eſt.
Dura fata ſunt docentis, ergo fiant mollia

SIT· DIES· HAEC· FESTA· NOBIS· SIT· SACRATVM· GAVDIVM
Aſt ut haec tam dura fata redderentur mollia,
Rite Ludiam vocavit, ſtrenue ut colluderet.
Digna lectu, digna lecto, digna ludo ALBANIA eſt,
Virgo culta, Virgo prudens, Virgo nobiliſſima,
Matrimonialis hucdum luſionis neſcia,
In Paternis dum decenti more vixit aedibus.
Hancce legit LVDOVICVS. Nos favemus nuptiis,
Atque LVDOVICIANIS gratulamur luſibus

SIT

SIT· DIES· HAEC· FESTA· NOBIS· SIT· SACRATVM· GAVDIVM

Ergo adi, **VIR DOCTE,** ludum matrimonii **TVI,**
Lude, vince, cuncta facta ludibundus perfice,
Vt bonus ludi magiſter audias, **TVVM**que ſit
Nomen omen, **LVDOVICE,** neve cura, ſi **TVA**
Forſitan REBECCA clamat, poſcit & diludia,
Neve luſiſſe erubeſce, neve ludum incidite.
Is prius ſubducat aſtra pulveriſque guttulas,
VESTRA qui ſtudet notare multa ludi millia

SIT· DIES· HAEC· FESTA· NOBIS· SIT· SACRATVM· GAVDIVM

Ludite, ut lubet, brevique filios & filias,
Quae quoque abludat parumper, procreate imaginem,
Ludite, ut lubet, juvabit ſic Venus VOS optima.
Nemo VOS ludum jocumque, nemo faxit improbe,
Nemo VESTRAS luſiones, nemo turbet gaudia,
Sicque ludi in gente VESTRA differantur funebres
Plurimum. Exercete vires & valete, Conjuges!
Tu fores nunc, virgo, claude, ſat ſatisque luſimus

SIT· DIES· HAEC· FESTA· NOBIS· SIT· SACRATVM· GAVDIVM

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-316270-p0008-9

78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw. evtl. nicht vergeben!

ULB Halle 3
002 108 178

Sb.

VD17

RHO

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-316270-p0009-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-316270-p0010-0

LVDOVICVS

… QVVM· PARARET· LVDICRVM

…VDIIS

…: ACCINEBAT· LAETA

SVAVILVDIVS

a. d. XIII Cal. Jun

cIɔ Iɔ cc XXIII